



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 144. Gallorum Consilium de hostibus inopino obruendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

itaque Caleti expugnandi consilium re-  
petere placuit, quod Senarpontius Bo-  
noniensis Provinciæ præfectus Mont-  
morantio Connestabili suggessit, illudque,  
nisi Sanguintiniana strages incidisset,  
eadem ætate executioni demandandum  
fuiſſet. Res hæc Compendii, quo Rex  
venerat, in secretiore consilio agita-  
batur, ubi Petrus Strozzius Dux impi-  
ger lustrandi loci negotium in se susce-  
pit, hinc illuc cum Mazino Delbenio,  
exiguoque comitatu, ac veste obsoleta  
indutus, proficiscitur secunda Novem-  
bris die, ubi loci situm extrinsecus, &  
adjacentium propugnaculorum formam,  
ac firmitatem attentis oculis contem-  
platus, inde ad Regem rediit, ac rei exe-  
cutionem omnino facilem, si studium, ac  
diligentia adhiberetur, fore retulit.

Sæc. XVI.  
A. C. 1557.

§. CLXIV.

*Gallorum consilium de hostibus inopino  
obruendis.*

Percepta Strozzi relatione, ut magis se-  
creta res esset, dividitur exercitus  
& pars Nivernio Duci attribuitur, ita,  
ut illius imperio subessent viginti Helve-  
tiorum, ac totidem Germanorum, nec-  
non quindecim Gallorum vexilla una  
cum sexcentis equitibus cataphractis,  
& aliquot belli tormentis: interea vero  
sparge-

*Belc comm.  
l. 28. n. 1.*

Sæcul. XVI. spargebatur rumor, quod de Lu-  
A.C. 1557. cemburgo, & Antonio expugnandis  
 consilium initum esset: unde factum, ut  
 hostes mox per ea loca, quæ haud satis  
 milite firmata erant, vires distribuerent.  
 Interim Guisus perinde, ac si impedire  
 vellet, ne in Quintini oppidum, Ha-  
 nam, & Castellum annona importaretur,  
 ad eorum fines progreditur. In-  
 super circumacto per Nargonensem a-  
 grum exercitu Nivernius Dux Ste-  
 næum in Campania venit, ubi aliquan-  
 to tempore commoratus statim inde co-  
 pias, quam citissime poterat, ad Gui-  
 sium Ducem remittit, qui tunc Sama-  
 robrigæ Ambianorum erat, & de com-  
 meatu Durlanium inferendo cogitare  
 se, hosti persuaserat. At accepto Ni-  
 vernii Ducis exercitu mox Guisus in  
 Bononiensem agrum descendit, quasi  
 Ardeæ, ac Bononiæ securitati prospe-  
 cturus, cum vero omnia parata cerne-  
 ret, & de Caletensis urbis statu, ac si-  
 tu optime instructus esset, eo improvi-  
 sus advolabat, urbemque ob-  
 fidere cæperat,



INDEX